

endgültigen Namengebung setzte sich Corona-Kronstadt wenigstens für den deutschen Bereich durch, eben weil das Kloster deutscher Herkunft war. 1234 und vielleicht noch 1235 hielt sich Abt Friedrich von Hamborn in Ungarn auf, um als Visitator eine Neuregelung der dortigen Zirkarie vorzunehmen, in deren Zug er wohl auch die Unterstellung der siebenbürgischen Frauenklöster unter dieselbe veranlasste. Der *Catalogus Ninivensis* gibt zwar die Diözese für Hermannstadt korrekt an, nicht aber für Kronstadt. Die kurzlebige Dioec. Cumaniae, der er dieses letztere zuteilt, umfasste in erster Linie die benachbarte Moldau. 1235 erschien Bischof Theoderich von Cumanien im Kronstädter Burzenland, um einen Streit zu schlichten. Dieser Umstand mag bei Abt Friedrich den Eindruck erweckt haben, als ob Corona zu dessen Bistum gehöre. Die Frage ist noch nicht ganz geklärt. Die Entdeckung der beiden siebenbürgischen Prämonstratenserinnenklöster Kronstadt und Hermannstadt ist jedenfalls ein wichtiger Beitrag für die Kirchengeschichte Ungarns und Rumäniens.

N. BACKMUND, O. Praem.

*Der Landkreis Krumbach*. Bd. 2 : *Kunstwerke und Künstler* von A. H. KONRAD und mehreren Mitarbeitern. Anton H. Konrad Verlag, Weissenhorn 1970, zahlreiche z.T. farbige Tafeln und Photos, 95 S. Text, Preis 19.80 DM. (der I. Band enthält Naturkunde).

Der von Liebe und Interesse für seine schwäbische Heimat beseelte Verleger A. Konrad hat hier ein prächtig ausgestattetes Buch über den Landkreis Krumbach herausgegeben, der als wichtigste kirchliche Kulturstätten die alten Abteien Ursberg und Edelstetten enthält. Doch auch die zahlreichen Schlösser, Städte, Märkte und Kirchen aller Art werden eingehend gewürdigt. Mit Kurzbiographien, Porträts und Werklisten werden vor allem auch die Künstler dieses Raums vorgestellt, unter denen Simpert und Joh. Martin Kraemer, Jakob Froeschle, Joh. Bergmüller für die Prämonstratenser Abteien Ursberg und Roggenburg und den von ihnen abhängigen Kirchen, sowie für das aus dem Frauenkloster Ursberg hervorgegangene Damenstift Edelstetten viele beachtliche Kunstwerke geschaffen haben. Das schönste darunter ist ohne Zweifel der romanische Kruzifixus in Ursberg.

N. BACKMUND, O. Praem.

*Fontes Affligemenses*. N° 8-11. Ed. : Abdij, Affligem-Hekelgem (Belg.). Pr. : 60 + 80 fr.

Anno superiore in hisce Commentariis, sermonem habuimus de «Fontibus Affligemensibus» seu de documentis veteribus quae unum alterumve respectum historiae abbatae Affligemensis, O.S.B., recte illustrare valeant.

Duobus fasciculis, qui singuli duo altera documenta talia referunt, prodierunt currente anno 1970. Dom C. Coppens, O.S.B., introduc-



tione brevi praemissa, textus edit. Contentum singulorum documentorum paucis adumbrare placet. Nr. 8 (indice nominum adiecto) *Varia diplomata e Cartulario Affligemensi* edit (aa. 1105-1242). Bullae illae sive in originali sive in copia in variis archivis Belgii asservantur. — Nr. 9 *Chronicon monasterii Affligemensis auctore O. Cambier* edit. In illo Chronico varia exponuntur quae evenisse dicuntur annis 1096-1648. O. Cambier varia opera conguessit, quorum tituli hic in introductione referuntur. Obiit 18 maii 1651. In isto Chronico potissimum narrat ea quae abbatae suae illata fuerunt ex parte incorporationis mensae abbatialis sedi archiepiscopali Mechliniensi. Plura ex hoc facto abbatia perpressa fuit, potissimum sub archiepiscopo cardinali Granvelle. — Alii archiepiscopi, uti Hauchin (1585-1589). Abbatiae vere favebant. Similiter satis fuse inhaeret iis quae abbatae illata fuerunt ex parte exercituum variorum qui saeculo decimo sexto regiones illas iteratis vicibus afflixerunt. — In exequiis demortui praepositi Hafteni, sermonem panegyricum habuit P. Cobbaert, praemonstratensis canonicus Ninivensis, « sacrae theologiae quondam professor, ecclesiae Ninivensis canonicus Norbertinus, pastor in Liedekerke » (ita Cambier, l.c., p. 35). (Cfr. de ipso N. WEYNS, O. Praem., *De Brabantse Norbertijnen en het Jansenisme: Anal. Praem.*, XXIX, p. 36-43; item *Anal. Praem.*, XXXVI, p. 139 s.). — Iuxta L. GOOVAERTS, *Écrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré*, t. I, Bruxelles, 1899, p. 126 sermo ille editus fuit sub inscriptione : *Laus posthuma, sive encomium funerale quod Domino Benedicto van Haeften, celeb. Affligemensis Abbatiae Praeposito, dixit R.D.F. Petrus Cobbaert. 1648, in-8*). — In eodem Chronico, auctor, Cambier, ad annum 1147, haec narrat : « Initia praefecturae Godescalci illustravit sancti Bernardi ad nostros adventus, quem illi religiosissime exceperunt, et ipse visa eorum sanctitate, angelos nuncupavit a Virgine Matre ibidem perquam honorifice resalutatus ». — Item, ad a. 1152 : « Anno MCLII : « In ecclesia sancti Nicolai, quae constructa est in oppido Bruxellensi, Deus per beatam Virginem operatus est tanta miracula, quod a temporibus apostolorum adeo magna et frequentia in tam brevi tempore nusquam fuit audita... » (l.c., p. 4).

Eventus perturbationis Gallicae finem etiam abbatae Affligemensis intulerunt. Quidnam factum fuerit antequam, iam existente abbatia Teneremundana, O.S.B., abbatia Affligemensis instaurari potuerit, exponitur in nr. 10 : *Documenta varia de Instaurazione Abbatiae Affligemensis anno 1870*. Episcopus Bracq, episcopus Gandavensis huic instauracioni multo favisse dicitur. In decreto instauracionis abbatis generalis Congregationis Casinensis O.S.B., abbas Nicolaus Canevello (a. 1887), inter alia edicit : « Monasterium Affligemense » diu floruit tum regularis disciplinae, sanctitatis et doctrinae laude, tum opibus, potentia, ditione, Ipsum aliquando sua praesentia honestavit magnus Abbas Claravallensis Bernardus, qui, dum in eo degeret, singularem prorsus benevolentiae significationem a Deipara accipit ». — Cum abbatia Affligemensis orta esset in hac restauratione ex abbatia Teneremundana, actum est etiam de divisione bonorum et veterum



documentorum ac reliquiarum. Quod hac ratione auctoritative solutum fuit : « La Statue miraculeuse de la Sainte Vierge sera transférée de Termonde à Affligem. L'Abbé et les moines d'Affligem permettront qu'on vénère à Termonde une copie exacte de cette sainte Image sous le titre de Notre Dame d'Affligem. On transférera aussi une des deux reliques, le calice et la crosse de S. Bernard, à Affligem, l'autre demeurera la propriété du monastère situé à Termonde. Les abbés respectifs s'entendront sur le choix de ces deux objets, après avoir prié Dieu et son serviteur S. Bernard, et celui des deux Abbés que le sort favoriserait choisirait le premier. La communauté située à Affligem et celle établie à Termonde se partageraient les anciennes archives d'Affligem d'une manière équitable en deux parts à peu près égales » (l.c., p. 24).

Tandem, in nr. 11, *Epistolae Variæ* (1876-1878), sermo fit de difficultatibus ortis ex eo quod vice-visitator Ordinis sedem fixerit in Affligem. Quod prior Affligemensis, Cl. Van Aalst, censuit sustineri non posse. Quod discidium practice solutum fuit postquam prior Van Aalst e monasterio suae professionis recessit, et tandem ad clerum saecularem transiit.

Num. 8-11 serei « *Fontes Affligemensis* » referunt facta et documenta varii generis quae historiam longam monasterii varia ratione vere illustrent.

J.B. VALVEKENS, O. Praem.

J. A. CORBETT, *Praepositini Cremonensis Tractatus de Officiis*, 336 p. Éd. : University of Notre Dame, Notre Dame. Indiana. U.S.A. 1969. Pr. : 8 dollar.

Institutum Mediaevale universitatis Notre Dame, inter alia, curat editionum operum praeclariorum, olim currente Medeo Aevo conscriptorum. In hac serie, uti num. XXI, editur praesens volumen. Praepositinus iste Cremonensis dictus obiisse videtur anno 1210. Fuit theologus ac liturgiae studiosus eximius suae aetatis. Ortus, uti videtur, in Italia septentrionali, postea cancellarius universitatis Parisiensis fuit. Iam anno 1927, G. LACOMBE scite exposuit in suo libro *La vie et les œuvres de Prévostin*, ea quae de operositate ac de meritis Praepositini constant. Plures « *Summas* » conscripsit. Inter alia : *Summa de Officiis*. Quo libro locum praeclarum obtinet inter eos qui versus a. 1200 de s. Liturgia scripserunt. Plurima manuscripta huius operis subsistunt ad nostra usque tempora. Quae manuscripta apte ab editore praesentis voluminis, Corbett, describuntur. « *Officia* » divina dividit Praepositinus iuxta quattuor anni partes : hiems, ver, aestus, autumnus. Plurima hausivisse videtur ex opere praeclaro Amalarii Metensis; imo et quaedam ex hoc opere simpliciter excerpisse, iuxta modum agendi iis temporibus non raro usitatum. Editionem accuratam huius operis praebet editor Corbett. Etiam sub hoc respectu fidelis remanens famaе scientificae seriei in qua volumen istud editum fuit.